

dens impotentia, ac illam necessario concludens, sed verisimiliter euidens. Sicut enim per id membrum urina expelli potest, ita videtur etiam posse semine emitti. Quare non erit necessarium expectare triennium: at exigendum erit iuramentum coniugii, & septime manus propinquorum. Iuxta dicta n. 4. de his signis. Ita sentiunt Innoc. c. 1. nu. 1. vers. vel potes dicere. & de frigid. & malef. & ibi Anto. n. 2. vers. & per hanc decretalem. Prapof. n. 5. fin. Idem Andr. c. laudabilem n. 14. eodem tit. & ibi Prapof. n. vlt. Alex. de Neuo. n. 11. ad fin. & nu. 17. casu. 2. Sed horum rationi respondent Calderinus, Cardinalis Florentinus, & Petrus de Saxona, vt eos refert Prapofitus. d. c. laudabilem n. 5. stare vt per membrum siccu emittatur urina, cum tamen semen emitti nequeat. Quod diuerso modo generetur, & aliqua impediatur feminis emissionem, non tamen urinae. Sed in hac Doctorum controuersia existimo sic dicendum. Si membrum virile sit omnino siccu, est signum omnino euidens, & necessario concludens. Quare nec triennium, nec iuramenta dicta exiguntur. Et in hoc euentu est verum, quod dicunt priores Doctores. Quia tunc is vir aut feminis veri emittendi incapax esset: aut si verum semen emitteret, euidens esset non posse illud membrum erigere, vt posset vas femineum penetrare: atque ita semine intra vas illud emittere. Membrum enim omnino aridum vi motiua careret. Si autem non sit omnino aridum, sed taliter vt medicus iudicet non esse certum, & euidens impotentiam, sed verisimiliter euidens, tunc habet verum quod dicunt posteriores Doctores. Quod si non sit ita aridum, quin possit sufficienter erigi ad copulam, & de hac potentia constat, non censendus est vir ille impotens, vt bene docent Alexander de Neuo. d. l. laudabilem. nu. 17. in 2. casu, & ibi Prapof. n. 5.

7 Deinde est signum omnino euidens impotentiam, ita vt nec triennium, nec praedicta iuramenta petantur, quando mulier est arida. Sic videtur sentire Glossa. c. fraternitatis, statim in principio, verb. matronas, de frigid. & malef. dum ait quando mulier est arida, non exigit iuramentum propinquorum. Et docent Innoc. c. laudabilem, eod. tit. n. vni co, verb. iustitiam iudicium. Ioan. And. ibi. n. 9. Anto. n. 13. & 14. Prapof. n. 6. super, verb. iustitiam iudicium, & n. vltim. Archid. c. 2. n. 6. vers. & nota, in fin. 33. q. 1. & ibi Belleme-  
ra in fine. Card. d. c. fraternitatis, nu. 5. op-

positione. 2. & ibi Prapof. n. 7. Host. summa tit. de frigid. & malef. 5. qualiter & quando, num. 13. vers. quid si mulieres afferant. Ioannes de Friburgo in summa confessorum, lib. 4. tit. 16. q. 16. Rosella, verb. diuortium. n. 3. & ibi Sylu. q. 19. nu. 21. Mascardus de probat. conclus. 889. nu. 4. Sed nec hoc est ita certum. Nam alij placet ariditatem mulieris non esse signum omnino certum & euidens, sed euidens verisimiliter, & ideo censent non exigi triennium, bene tamen dicta iuramenta. Quod ariditas illa sit per matronas inspicienda, quarum oculus saepe fallitur cap. nec aliqua. 27. quaest. 1. & iudicium medicorum similiter est saepe fallax, vt experientia demonstrat, ac notatur. c. proposuisti, de probat. Et ideo sic docent Anton. c. final. nu. 8. de frigid. & malef. & d. cap. fraternitatis num. 16. & Alexander de Neuo in cap. laudabilem, num. 16. & 17. eodem tit. & hac sententia posterior magis placet: nisi mulier ita arida esset, vt cuiuslibet inspiciei clarè liquere possit eam non esse capacem alicuius instrumenti virilis, vt optime explicat Speculator, tit. de frigid. & malef. §. vnic. nu. 3.

8 Præterea est signum euidens, & omnino necessarium, ita vt nec triennium, nec iuramenta propinquorum necessaria sint, si vir ab alio matrimonio sit ratione frigiditatis per sententiam separatus. Nam id matrimonium statim dissoluitur. Quod probauit disp. 99. nu. 6. & ita docent Anton. c. laudabilem, nu. 14. de frigid. & malef. & ibi Ioannes Andr. n. 8. Alex. de Neuo, nu. 15. Prapof. n. vltimo.

9 Tandem monuerim, dum diximus non desiderari triennium quoties de impotentia constat, intelligi præter impotentiam ex maleficio consergentem. Quia cum ea non naturalis, sed accidentalis sit, præsumitur fore vt dirursu temporis medijs adhibitis remoueri possit: & ideo semper in maleficio impedimento desideratur triennium experientie, vt declaretur irritum matrimonium. Item quia cum operatio demonis authoris maleficio sit occulta, & libera, non tam de maleficio perpetuitate constat, ac naturalis impedimenti. Et ideo hanc partem sustinent Hostiensis, c. laudabilem. nu. 1. & c. fin. ad finem, verb. triennium, de frigid. & malef. Ioan. And. eo. c. fin. nu. 11. Abbas, nu. 9. Anchar. nu. 9. notabili. 12. Cardin. n. 2. Alexander de Neuo. n. 5. notabili. 4. & nu. 13. idem Ioan. Andr. d. cap. laudabilem, num. 8. vbi

Anton.

Anton. n. 15. Abbas. n. 2. fin. Alex. de Neuo. nu. 1. 10. vlt. Prapof. n. 5. fin. Idem Anton. c. 1. nu. 2. vers. obstat secundò, eod. tit. Abbas. n. 6. Alexander de Neuo. n. 9. Prapof. n. 7. Henricus. n. 1. Rosell. verb. diuortium. n. 4. fin. Turro. c. fin. nu. vltim. 33. q. 1. Naur. lib. 4. consiliorum, tit. de frigid. & malef. in vlt. q. editione, consil. 1. nu. 2. Costanus de Spòsalibus, tit. de his, qui nuptias contrahere possunt. n. 78. Greg. l. op. l. 5. verb. Falta este plazo, tit. 8. p. 4. addens etiam si ab altero coniuge, vel ab vtroque offeratur antea probatio per aspectum, vel per alia signa. Henric. lib. 11. de mat. c. 7. nu. 2. & c. 8. nu. 2. in commento, litera V. Nec potest iudex triennium in hoc euentu abbreviare. Cum id tempus omnino iure petatur cap. finali. de frigid. & malef. Sic Hostiensis eod. c. finali, ad finem, verb. triennium. Et ibi Ioan. Andr. numer. 11. Anchar. numer. 9. notabili. 12. Alexander de Neuo numer. 17. Henricus. d. cap. 1. nu. 1. Henricus duplici loco nuper allegato. Vnde minus bene Glossa. 33. quaest. 1. in summa verb. quod autem. Goffredus summa, tit. de frigid. & malef. num. 8. Veracruz. 1. p. Speculi, art. 40. conclusionem. 2. Matienço lib. 5. reop. tit. 1. rubrica. glof. 1. n. 203. Petrus de Ledesma de mat. q. 58. ar. 2. paulò ante. 2. dubium. Emmanuel Sa in summa, verb. matrimonium. vbi de impedimento impotentiam. n. 14. vers. in maleficio, loquitur eodem modo in maleficio, ac in frigiditate, dicentes in neutro impedimento exigi triennium, si statim de illo clarè constat. Sed supponunt falsum, non enim potest clarè statim constare de impedimento maleficio, sicut de impedimento naturali, id esse perpetuum (vt nuper probauit) quod exigitur vt ratione illius sit dissoluedum matrimonium. At posset eorum opinio in casu rarissimo saluari, nempe, quando per maleficio amputata essent omnino virilia,

aut testicularia vterque sublata. Tunc enim apertum est nullo modo præter Dei miraculum ea restitui posse: ac proinde clarè constabit eam impotentiam esse perpetuam.

10 Imò in maleficio impedimento, vltra triennium est tempus arbitrarium a iudice assignandum, indistincto simul coniugibus vt orationi vacent, ac operibus penitentiam, consilio, vt vel sic Deus placatus coercet dæmonem vt desistat maleficio nocere. Quod colligitur ex c. fin. de frigid. & malef. vbi allegato impedimento maleficio post multos cohabitationis annos, ait Põtifex, *Inuixistis eislem vt agerent penitentiam de commissis, & sic forte placeret Deo vt opus matrimonij consummarent.* Et quamuis referat gestum Episcopi, cum tamen id non reprehendat, imò ad iustam matrimonij dissolutionem pòderet, videtur id approbare. Et ita docent Abbas eod. cap. fin. num. vltimo. Rosella, verb. diuortium. nu. 4. & ibi Supplementum Pisane. n. 4. Sylu. q. 20. n. 23. Decisio capellæ Toloff. 38. n. 7. Alex. de Neuo. d. c. fin. n. 17. & ibi Prapof. nu. 4. Henric. lib. 12. de mat. c. 7. n. 2. & videtur clarè tenere Gregor. Lopez. l. 5. verb. Dar plazo, tit. 8. p. 4. n. 4. vbi dixit numerari triennium in maleficio impedimento, quauis eo coniuges habitarent ante decretum iudicis, aut hoc intelligendum iuxta ea, quæ tradit Abb. d. c. fin. in fine: vbi Abbas docet hoc tempus arbitrarium concedendum. Hoc tamen intelligo, quando coniuges eo triennio habitarent ante decretum iudicis, in quo ea suo loquitur textus. d. c. fin. & loquitur Rosella, Supplementum Pisane, & Sylu. Nam si id triennium signatè esset a iudice, vel pars illius in dictis operibus penitentiam, & oratione, non est cur eo transacto si amplius expectandum. Cui iam tempore iure prescripto coniuges habitarent: ac indicta sit illis penitentia ad placandum Deum.

## DISPUTAT. CENTESIMA OCTAVA.

An impotentia non constante per signa certa, sed ea dubia sunt, ac vterque coniux eam fatetur, desideretur triennium experientiam, ac aliqua alia impotentiam probatio, vt ratione illius dissoluatur matrimonium?

## SUMMARIUM.

Proponuntur duo textus qui sibi contradicere videntur, nu. 1.

An. cap. 1. de frigid. habeat vim textus, nec sic correctum, nu. 2.

An vtroque coniuge fatente alterius impoten-

Z 2 tiam,

riam, sit necessarium triennium expectandum? Refertur quadam sententia, n. 3.

Limitatur hæc sententia, vt semper plena pubertas expectetur, n. 4.

Propinquit sententia Anchoris, n. 5. & ibi remissive, quædo coniux initio matrimonij clamar: an sit necessarium triennium.

An sit necessarius aspectus, quando vterq; fatetur impotentiam vnde cunctis; conjugentem, & transire triennium? n. 6.

An desideretur coniugum, & septima manus propinquorum iuramentum? n. 7.

An id iuramentum necessarium quoc; sit, quædo vxor indicatur virgo à matris in spicibus? n. 8.

An valeat sententia matrimonium dissoluens ratione impotentia vnde cunctis conjugentis, non premissio iuramento propinquorum? n. 9.

An eo iuramento opus sit, adiuuante fama asseritione coniugum? n. 10.

An iuramentum septima manus propinquorum intelligatur sic, vt cuiuslibet coniugis septem propinqui iurent: & ita quatuordecim? n. 11.

An deficientibus tot, qui attestari possint, sufficiant pauciores? n. 12.

An deficientibus consanguineis, & vicinis, sint alij asserendi? n. 13.

An hoc iuramentum, & quoties petitur tactus Evangeliorum, sit necessarium manu tactus Evangelij præstandum, nec sufficiat tangere cubito, vel præsentem esse libram Evangeliorum: nec tangere aliam scripturam sacram: & an in dubio vbi notarius solus iuramenti mentionem facit, præsumatur id tactus Evangelij esse præstitum? n. 14.

Coniuges iuraturi sunt de propria scientia: ac consanguinei de credulitate, n. 15.

Quid debeant iurare coniuges vt ratione impotentia dissoluatur matrimonium? n. 16.

An eo coniuge reputato frigido ducente postea vxorem, censendi sint consanguinei, qui iurauerunt, rei perituri? n. 17.

Qualiter censentur perituri tunc coniuges? n. 18.

An hoc peritrium concludatur ex solo secundo matrimonio frigidi: an potius ex copula coniugali, vel fornicaria? n. 19.

An coniux petens ob impotentiam dissolutione matrimonij teneatur speciem impotentia, aut eius causam allegare? Et remissive, qualiter sit tunc restitutum prius matrimonium, si inueniatur coniux ille petens: & an index teneatur impotentiam speciem, & causam exprimeret in sententia: & si tunc

succumbat coniux, an possit speciem impotentia allegare, an potius sententia illa in rem iudicatum transeat? n. 20.

An in senibus sit hoc triennium expectandum, an tempus arbitrium? n. 21.

Satisse argumentis: & conciliantur, c. 1. & c. laudabilem, de frig. n. 22.

**D**isputationi huic aniam dubitandi præbet contradictio maxima quæ videtur esse inter textus cap. 1. & cap. laudabilem, de frigido, & malefic. nam cap. 1. statim in principio decernitur, viro post mensem, aut trimestre, aut annum ab inito matrimonio fatenti propriam frigiditatem, vxoreque eandem affirmati, si ea per verum iudicium probari valeat, dissolui posse matrimonium. At c. laudabilem, eodem tit. deciditur vbi clarè non constat de frigiditate expectandum esse triennium experientia. Contra dicunt ergo sibi hi textus, cum in priori minus triennio petatur in posteriori autem triennium. Atq; alia decernuntur. d. cap. 1. quæ videntur contraria decisioni d. c. laudabilem: de quibus est habendus sermo disput. sequenti. Secundo, quia eo cap. 1. culpæ tribuitur vxori serotina reclamatio, quod post annum reclamatio allegans viri frigiditatem, atq; idè eius petitio non auditur. Cum ramen d. c. laudabilem, ea reclamatio censatur præmatu- ra, & ob id rejiciatur: triennium enim experientia, quod reclamacionem præcedere debet, nondum transit.

Aparens horum textuum contradictio redditur difficillimum intellectu textus. c. 1. de frigido, & malefic. & circa illud valde laborant expostores, atq; ita intricatè loquuntur, vt potius illum confundant, quàm aperiant, vt animaduerti tibi Abb. n. 5. Et idè aliquibus Doctoribus placet id. c. 1. vim textus minimè habere. Quod non fit ex aliquo Pontifice, aut concilio generali desumptum, sed ex Brocardicis, lib. 10. Et ita videtur sentire ibi Glos. verb. tacuit, dicens nõ tenere quod ibi deciditur de coniuge tacete per annum, vel dimidium: quæuis nõ explicet nam causa sit, quod id. cap. sit correctum, an potius quod vim textus non habeat. Et tenent expressè Alanus, Laurètius, & Vincentius (vt eos refert ibi Henricus in fine.) Alij verò quomuis admittant esse textum, dicunt tamè hoc correctum per cap. laudabilem, de frigido, & malefic. sic Turrec. cap. si quis acceperit, num. vnicò. 33. quæst. 1. At dicendum est id cap. 1. habere

vim

vim textus, nec de hoc esse dubitandum. Cui Gregor. IX. decretalis cõpilator inter Pontificia decreta id collocauit. Quod tenent Hoff. eo. c. 1. n. 1. Ioan. And. in fin. Anchar. n. 12. Petrus, Goffredus, Abbas antiquus, quos refert, & sequitur Henric. ibi fin. Præpos. col. 2. n. 5. super glos. in verb. tacuit. Brunellus de Sponsalibus, conclus. 28. n. 16. & verius etiã est id. c. non esse correctum, vt defendit ibi Alexand. de Neuo n. 13. Quod etiã clarè tenent ceteri expostores, qui tanquam non correctum illud explicant, ac conantur conciliare cum c. laudabilem, de frigido, & malefic.

Claritas ergo gratia duplex est distinguendus casus, in quo disputandum est, an triennium experientia necessarium desideretur, & vltra illud aliqua alia probatio. Prior est, quod vterq; coniux fatetur impotentiam. Posterior, quando alter fatetur altero negatè. Et quidè in præsentibus disputatione, de priori casu discutitur: in sequenti verò de posteriori. Est ergo difficultas, de necessitate expectandi triennij, & alterius probationis, vt dissoluatur matrimonium, quando vterq; coniux alterius impotentia fatetur. Quibusdã placet non esse opus triennio experientia, sed tempus quoddam arbitrium sufficere, vt v. n. ius mensis, aut trii, aut anni, & iuramentum vtriusq; coniugis, ac septima manus propinquorum, vt dissoluatur matrimonium. Ducuntur, quod cap. 1. de frigido, in hoc euentu nõ petitum est triennium, sed post dimidium habitacionis annum conceditur separatio. Secundo ex cap. laudabilem, de frigido, & malefic. id probari videtur. Nam in priori parte loquens quando solus alter coniux fatetur impotentia, postulat triennium experientia: at in posteriori loquens quando vterque fatetur, eius triennij non meminit. Nec clausula triennium continens, in principio posita limitans priorem casum extendi debet ad posteriorem. Vbi enim fit diuisio per paragraphum, vel versiculum, clausula posita in vno paragrapho, vel versiculo, non refertur ad alium paragraphum, vel versiculum: iuxta doctrinam Glossæ, c. vnic. verb. sic scilicet, de postul. prælat. in 6. quam notabilem dicit Alexander de Neuo. d. cap. laudabilem, num. 9. & rubrica de Sponsalibus, num. 3. & in hoc posteriori loco limitat, nisi esset adiectum verbum, vt perferret, vel in præmissis. At d. c. laudabilem postulat diuersi, ac separati versiculi in vtro-

que casu. Nã prior continetur in versiculo, nos verò, posterior autè in versiculo si autem. Tertio, quia licet experientia triennij concedatur quando frigiditas probari nequit euidentibus signis: at hæc ratio non vendicat sibi locum, quando vterq; fatetur impedimentum, sicut quando alter solus. Quod in priori casu sit violèta, præsumptio: & quia possit esse collusio aliqua, accedit septima manus propinquorum iuramentum verisimile ipsis esse, coniuges verum dicere. Quarto, quia textus d. c. laudabilem, loquens in posteriori casu, nepe, quado vterque fatetur, incipit per particulã aduersati uã, si autè: Quæ cū ponatur abiq; copula, & eã naturã habet, vt aduersetur in iure, & in factu: ita vt diuersum casum, & diuersum ius importet, vt aduertit Bartolus. l. patris & filij. n. 1. ff. de vulgari: & ibi las. n. 6. dicens esse omnium. Cum ergo in priori casu, quando alter negat, iustum iudicium vt matrimonium dissoluatur, sit lapsus triennij cum iuramento coniugum, & septima manus propinquorum: & in posteriori hæc etiã iuramenta petantur eod. c. laudabilem: non dicendum est tunc peti etiam triennium. Quia iam diuersus casus, sed non diuersum esset ius. Tandem quia nullus negare potest minorem probationem desiderari quando vterque fatetur impedimentum, quàm vbi alter solus. Et nulla alia differentia potest assignari, quàm circa triennij necessitatem. Nã iuramenta coniugum, & propinquorum in vtroque casu petuntur. Et idè huius sententia sunt Glossa cap. 1. verb. per verum, & verb. probari, de frigido, & malefic. & ibi Innoc. nu. 1. verb. per verum. Abbas antiquus n. 3. Hoff. n. 1. verb. per mensem. Ioannes And. numer. 2. & 4. Anchar. nu. 10. Idem Innocen. d. c. laudabilem, statim in principio: & ibi Hoff. nu. 2. Ioan. And. nu. 3. Anton. nu. 6. Anchar. n. vltimo, limitans quado mulier per aspectum reperitur virgo. Præpos. nu. 3. Alexander de Neuo. d. c. 1. n. 7. vers. sed tu dic, & ibi Henricus. n. 2. Idem Hoffien. c. fin. nu. 1. verb. cognoscèdã alias, de frigido, & malefic. & summa, eodem tit. 5. qualiter & quando. nu. 13. Albericus in suo dictionario, litera D. verb. diuortium, paulò post principium. Astenus. l. 2. p. summa, libro. 8. tit. 37. ar. 1. paulò post principium. Montal. uel. 6. verb. friu. tit. 8. par. 4. Angel. verb. matrimonium, 3. impedimen. 16. n. 10. Supplementum Pisanæ, verb. diuortij. nu. 2. & ibi Rosell. n. 1. Syl. q. 18. n. 21. Mascardus

de probat. conclus. 889. n. 7. & 8. Et idem videtur tenere Antonius Cucus lib. 5. institutionum maiorum, tit. 12. nu. 264. vbi ait impotentia probationem sumi ex vtriusq; coniugis confessione iurata, cū iuramento septimæ manus propinquorum: & dandam licentiam petenti hanc dissoluitioem, migrandi ad alias nuptias. Et fauet Henriquez lib. 22. de matrim. c. 7. numer. 1. sine, vbi generaliter tradit committi arbitrio iudicis, vt in specis coniugum qualitatibus, & præterita cohabitationis tempore, concedat minus tempus triennio ad impotentiam probationem, præterquam in maleficio. Sed idemmet Alexander de Neuo eo. cap. 1. num. 9. vers. in glossa. 1. remittit se circa hanc quaestionem ad d. cap. laudabilem, vbi numer. 8. sine dicit ante factum tenendam esse opinionem contrariam: ad post factum non esse recedendum ab hac, quæ communis est. Et statim eodem numer. 9. sic vtraq; conciliat, aut vterque coniux fiat cõtra matrimonium, illud dissolui desideras, ac eius separationem petens, & tunc illi confessioni non est credendum. c. super eo, de eo qui cognouit consanguin. aut alter stat pro matrimonio, alter verò contra illud: & tunc creditur confessioni illius, qui stat pro matrimonio: & poterit dissolui ante triennium accedente iuramento septimæ manus propinquorū. Similiter idē Anton. d. c. laudabilem. n. 15. & ibi Prepos. sine, diuerso modo loquuntur, volentes vtranq; sententiã ad concordiam redigere hoc modo, vt hæc opinio vera sit, quando vterq; cõiux fateatur impotentiam: secus si tantū fateatur nõdum esse consummatum matrimonium, nõget tamen alter se impotentem.

4 Téperant pleriq; ex his Doctoribus hæc sententiã, quando adest plena pubertas in cõiugibus, nõpe, si vir expleverit octodecim annos, & femina quatuordecim. Si enim nõdã plenẽ puberes sint, semper plena pubertas expectanda est: ac ea adæpta tẽpus erit arbitrariũ: nec erit necesse expectare triennium. Quippe (vt probavi disput. 104. nu. 18.) nunquã ratione impotentia non constantis per signa euidentissima potest separari matrimonium vsq; ad plenam pubertatẽ: vbi multos Doctores retuli. Atq; ita Hof. c. laudabilem, paulõ post principiu. de frigid. & malefic. & ibi Ioan. Andr. n. 3. aiunt in puero minori quindecim annis semper esse expectandũ triennium: nec posse id tẽpus breuiari: eò quòd

eo non transacto nõdũ aduenerit plena pubertas: quòd sit si sexdecim annorum, expectandũ bienniu: si annorũ septemdecim, vnicum annũ: si verò octodecim annorum, mensẽ vel duos, vel minis arbitrariẽ. Sed de hac re, ac trienniu incipiat, ac concedendum sit à plena pubertate dicemus disp. 110. à nu. 8.

At multò verius est, quãuis vterq; coniux fateatur impotentiam, vbi ea non est certa, desiderari semper trienniu experientia concessum. c. laudabile, de frigid. & malefic. ad experiendum an impotentia sit vera, ac perpetua. Ducor, quòd eo. c. laudabile, peccatur hoc triennium experientia quando non constat de viri frigiditate. At ex eo qd vterq; cõiux fateatur impotentiam, non verò constat de frigiditate. Sape enim dubitatur an sit naturalis, & perpetua, an accidentalis, & tẽporanea. Ergo expectari debet trienniu, vt ex tẽporis cursu appareat veritas. Et confirmatur, quia ibi datur triennium, vbi vera frigiditatis probatio haberi nequit, ac ex vtriusq; coniugis cõfessione non habetur vera probatio contra matrimonium. c. super eo, de eo qui cognouit consanguineam. Nec iuramentum propinquorum supplet illum defectum: eò quòd illi de sola credulitate iurat. Sed dices. d. cap. laudabilem, in principio, vbi id triennium exigitur, loquitur quando alter solus coniux fateatur impotentiam: ac proinde in posteriori eius parte, in qua textus agit quando vterque fateatur, nulla triennij mẽtio facta est, sed solius iuramenti coniugũ, ac septimæ manus propinquorum. At aduersus hanc euasione, probatur id triennium concernere totam literam. Quia tota eius textus decisio eò pertinet, vt Pontifex declare quantum temporis spatium indulgendum sit coniugibus, ad veritatẽ frigiditatis dubie compendiã, vt constat ex quaestione Põtifici proposita in initio textus, ibi. *Quantum tempus indulgendum sit naturaliter frigidis ad experientiam copule nuptialis?* Cui consultationi absolute responderet Pontifex his verbis. *Nos verò in presentia consultatione sensimus, vt à tempore celebrati coniugij, si frigiditas prius probari non possit, cohabitent per triennium.* Quæ propositio cū indefinita sit, ac doctriã continet, ac lege sit prolata, equipollet vniuersali, iuxta doctrinam glossæ. c. vt circa, in principio, verb. aliorũ, de elect. in cõmuni niter ab omnibus recepte: eò vel maximẽ quab hac regula solũ casum, quo frigiditas

probari

probari non posset, excipiat textus. d. cap. laudabilem, non explicans quẽ probationis modum: Et Gloss. ibi verb. prius, & cõmuniter Doctores intelligit quod ante trienniu non potest manifestẽ probari: & postea Põtifex quasi satisfaciẽs tacite quaestioni, quæ poterat vterius proponi, num illa triennij experientia, sit ad dissoluitũ matrimoniu, & nulla alia probatio consideretur, vel qualis, descendit ad casus speciales: & in hoc duplicẽ casum distinguit. Prior est, quando alter negat altero fatẽte impedimentũ: & tunc iustum iudiciũ desiderari ait. Posterior, quando vterq; fateatur: & tunc iuramentũ coniugum, & septimæ manus propinquorum exigi decedit. Quare diuisio casu nõ cadat super triennium expectandum: sed illud absolute, & indefinitẽ decisis est semper expectandum, vbi prius impotentia constare non potest. Cadit ergo diuisio super aliud probationis genus, quale futurum sit ultra triennium. Et confirmatur, quia textus posita generali regula de triennio expectando, quando descendit ad decidendum an aliud probationis genus necessarium sit, ac vult prædictos duos casus distinguere, sic incipit. *Quæ elapsa si nec tunc cohabitare voluerint.* Quare in decisione duplicis casus, quem statim distinguit, procedit illo supposito præmissio, nimirum, quo triennium elapso. Tandem, quia hac in re potius inclinandum est, vt probationes exuberent, quam vt in aliquo deficiant (vt probavi disput. præcedẽti nu. 1.) Ergo potius amplectendũ est, desiderari vt impotentia illa triennij experientia comprobetur. Et id eò hanc sententiã sustinent ex Theologis. D. Thom. 4. d. 34. in fine, in expositione literæ Magistri, vers. septima manu, & ibi Palud. q. 2. ar. 3. concl. 3. n. 18. Supplementum Gabriel. q. vnic. ar. 2. propositione. 2. Celasia, q. 1. post. 2. conclusionem. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 12. §. 3. ad fin. Ledesma. 2. p. c. q. 60. ar. 1. col. 3. vers. sed quæres, quãuis enim proponat quaestionem sic an cõiuge altero fatente impotentiam, sit necessarium triennium, nil de altero explicans: at manifestẽ loquitur quando alter nõ negat: ait enim opinionẽ Abbatis contra nõnõcentium esse tenendã, ac hodie esse cõmuniore, vt desideretur triennium. At hæc est opinio Abbatis, vt statim eum referemus: & contraria relata, nu. 3. est Innocentij: vt ibi eum retulimus. Angles floribus. 1. p. vbi de matrim. q. 8. art. 1. dubio

4. Grassis. 1. p. decisionum, lib. 2. cap. 85. n. 24. Et videtur clarẽ hoc supponere Durandus. 4. d. 34. q. 2. num. 7. & ibi Ricardus art. 2. q. 1. corpore, vbi aiunt probari impotentiam præsumptiue per triennij cohabitationẽ: & tunc si vterq; fateatur impedimentum, debent iurare cum septima manu propinquorum. Eiusdem sententiã videtur Victoria summa, vbi de matrim. n. 283. Petrus de Soto de matrim. lectio. 5. pagin. 2. vers. his autem proximum, Sotus. 4. d. 34. q. vnic. art. 2. column. 3. conclusionẽ. 2. Bartholomæus à Ledesma de matrim. dubio. 48. conclusion. 6. Ludouicus Lopez. 2. p. in situ dõrij, vbi de matrim. cap. 52. column. 2. Cañedo summa sacramentorum, vbi de matrim. cap. 5. n. 32. indistincte enim docent vbi impotentia non constat, exigi triennium. Et ex Iurisperitis tenent hæc sententiã Glossa cap. si quis acciperit, verb. tempore. 35. q. 1. & d. cap. laudabilem, verb. vterq; Abbas. c. 1. nu. 5. & 6. c. laudabilem, in fine, & c. fin. nu. 4. de frigid. & malef. Cardinalis Florētius, & Zochus, quos refert, & sequitur Præposit. d. c. laudabilem, nu. 4. sine, & d. cap. final. nu. 3. Ioannes de Friburgo in summa confessionum, lib. 4. tit. 16. q. 16. Monaldus summa, tractatu de matrim. vbi de impotentia coemdi, tit. de impossibilitate coemdi, & quot sunt eius species. Brunellus de Sponsalibus, conclus. 28. nu. 16. Lex regia 6. tit. 8. par. 4. in fine: & Gregor. Lopez sine. Turrec. c. si quis acciperit, nu. vnic. 35. q. 1. Franciscus Marcus decisione parlamentari Delphinal. 677. n. 2. Gaeta. c. ad minima. 30. q. 1. §. 4. q. 22. n. 52. Hugolin. de matrim. c. 19. n. 1. & hanc sententiã dicit videri veriorẽ, licet cogitandum relinquat Mascardus de probationibus, in concl. 816. n. 8. & videtur expressẽ tenere alter Cardinalis. c. 1. nu. 1. vers. præmitto pro intellectu, de frigid. & malef. vbi eũ textũ significat in primo casu ibi proposito, nõpe, quando vterq; fateatur impedimentũ, non exigi triennium, modò probetur per verũ iudiciũ impotentia, explicat quãdo euidenter de illa constat: & ita extra hunc casum etiam vtroq; fatente videtur sentire exigi triennium. Eiusdem sententiã videtur Nauar. lib. 4. consil. in vtraque editione, de tit. de frigid. toto consilio. 1. vbi agens de quodam matrimonio dissoluto ante triennij habitationem, ait sententiã fuisse iniustã: & ita redeundũ ad id matrimoniu, cohabitandum; donec trienniu absoluitur,

& tenet Fulvius Pacianus de probat. lib. 2. c. 2. nu. 24. & videtur tenere Costanus de Sponfalibus, tit. de his qui contrahere nuptias possunt, nu. 66. ubi ait post triennij cohabitationem fat esse iuramentum vtriusque coniugis, & septima manus propinquo- rum: & ita videtur sentire hanc non fat esse ante triennium. Deniq; eiusdem sententia videntur Speculator, tit. de frigidis §. vnico. n. 3. Ioan. Andr. tractatu de matrimo- n. n. 16. Caluacantus. 2. p. decisione. 18. nu. 7. Petrus Gregorius syntagmate iuris, lib. 9. cap. 12. nu. 6. ubi indistincte docent expectandum triennium, quando non constat frigiditas.

Et quamvis utroq; coniuge fatente impedimentum, ac triennio lapsa, sanum consilium sit facere coniuges inspicere: at id non est necessarium. Quod c. laudabilem, in vltimo casu, ubi est sermo de hoc, de frigid. & malef. id non petatur. Deinde ne viduis denegetur hoc remedium, vt potest que per aspectum probare nequeunt matrimonium non esse consummatum. Nec obstat c. finale, de frigid. ubi refert, ac ponderat Pontifex mulierem fatentem vna cum viro impotentiam, ac lapsis octo cohabitationis annis fuisse inspectam: quia id ad abundantiore cautelam effectum est. Et ita sentit: Abb. d. c. fin. n. 10. & ibi Cardin. nu. 3. Prapof. n. 3. in glossa penul. Alex. de Neuo. n. 15. Brunel. de Sponf. concl. 28. n. 24. Et quamuis hi Auctores loquantur in maleficio, de quo est sermo eo. c. fin. At fortior ratio militat in impedimento naturali frigiditatis, aut arctitudinis. Tum quia difficultius cognoscitur impotentia ex maleficio confurgens. Tum etiam quia in maleficio textus eod. c. final. posuit hanc inspectionem: atq; ita vrgentior erat dubitandi ratio, quam in impedimento naturali, in quo nullus textus eius inspectionis meminit, quando vterq; fatetur impedimentum, & militat eadem ratio, ne viduis desit hoc remedium. Et ideo loquens de impedimento naturali tenent Alex. de Neuo. d. c. laudabilem, nu. 17. in casu. 5. Costanus de Sponfal. tit. de his qui nuptias contrahere possunt, nu. 66.

Desideratur tamen vltra triennium illud, & iuramentum vtriusq; coniugis fatentis impedimentum, vt septima manus propinquo- rum iuret, vel vicinorum bonae famae, si propinqui defuerint. Quia textus c. laudabilem, in fine, de frigid. & malef. id petit, & (vt nu. 5. probauit) totus ille tex-

us loquitur transacto experientia triennio. Deinde quia id iuramentum iure petitur, eod quod possit esse collusio inter coniuges: & vt cautiore diligentia adhibita dissolutio matrimonij fiat. Quae res maximi momenti est. At haec collusio aequa habere locum potest, quando transactum est triennium. Et huius sententia sunt ex Theologis. D. Tho. 4. d. 34. in fine, in expositione litera, vers. septima manu, & ibi Scotus. q. vnico. col. penul. Palud. q. 2. art. 3. concl. 3. nu. 18. Supplementum Gabriei. q. vnico. art. 2. proposition. 2. Celsaia. q. 1. post. 2. conclusionem. D. Anton. 3. p. tit. 5. c. 12. §. 3. ad finem. Angles floribus. 1. p. vbi de matrici. q. 8. art. 1. dubio. 4. & ex Iurisperitis, gloss. c. final. in fine, & c. laudabilem, verb. vterq;, de frigid. & malef. Goffredus summa, eod. tit. n. 8. Anton. c. 1. nu. 2. vers. & per hanc decretalem, eodem, tit. Abb. d. c. laudabilem, in fin. Monaldus summa, vbi de matrimonio. tit. de impossibilitate coeundi, & quot sunt eius species. Turrec. 33. q. 1. in summa, ar. 1. n. 9. Rosella, verb. diuortium nu. 4. & ibi Supplementum Pisane, nu. 4. fin. Syl. q. 20. n. 23. fin. Nauar. lib. 4. consil. in vtraq; editione, tit. de frigid. consil. 1. nu. 3. Lex regia. 6. tit. 3. p. 4. & ibi Gregor. Lopez sine Costanus de Sponfalibus, tit. de his qui nuptias contrahere possunt, nu. 66. Mascardus de probationibus, conclus. 816. n. 8. Fulvius Pacianus lib. 2. de probat. c. 2. n. 24. Hugolinus de matrim. c. 1. n. 11. Eiusdem sententia sunt alij, qui & si non explicent quando transactum est triennium, at dicunt semper triennium expectandum, quando non constat euidenter de impotentia. Hi sunt Innoc. d. c. laudabilem, nu. vnico, paulo post medium, verb. per iustus, & ibi Ioan. Andr. n. 9. Idem Ioan. Andr. c. fraternitatis. n. 7. eodem, tit. & ibi Host. n. 2. Anchar. n. 6. notabili. 8. Archid. c. requisisti. n. 6. vers. & nota. 33. q. 1. & ibi Bellemera in fine. Brunellus de Sponfal. concl. 28. n. 24. Quod si opponas Glossam eo. c. fraternitatis, verb. matronas, vbi in arctitudinis impedimento videtur sentire non esse necessarium hoc iuramentum. Disput. precedenti, nu. 3. illam explicuit: & ibi nu. 7. etiam in arctitudine probauit id iuramentum desiderari, quando non est omnino euidentis.

Quare minus bene Glossa. c. requisisti, verb. septima manu. 33. q. 1. ait quando mulier per aspectum reperitur virgo, non esse opus iuramento septima manus propin-

quorum,

quorum, sed verum iudicium esse per matrimoniarum, & ipsorum coniugum iuramentum. Idem tenet Fulvius Pacianus de probationibus, lib. 2. c. 2. n. 29. Quam eandem partem videtur sustinere Sotus. 4. d. 34. q. vnica, art. 2. col. 4. vers. feras autem. Ledesma. 2. p. 4. q. 60. ar. 1. col. 3. vers. sed vltimus dubitatur, vbi clare tunc solum videntur petere iuramentum propinquo- rum, quoad mulier est corrupta, ac proinde minime potest ex aspectu constare matrimonium non esse consummatum. At expressè tenent contrarium Doctores, quos nu. precedenti allegauit asserentes semper hoc iuramentum desiderari, quando impotentia non est euidentis: quod hic contingit. Nam saepe oculi, ac manus obstetricum falluntur: eod vel maxime quod feminae multis fraudibus vtantur, quibus virgines apparent. Praeterea valent confessione collusio n. vti, & reuera non dedisse operam carnali copulae: & licet matronae per aspectum testificari possint mulierem esse virginem, at non possunt affirmare bona fide datam esse operam copulae. Et ideo in proprijs terminis sustinent hanc partem Glossa. c. fin. in fine, de frigid. & malef. & ibi Host. fin. Ioan. Andr. fin. Anchar. num. 11. q. 2. idem Ioan. Andr. c. laudabilem. n. 9. eodem, tit.

Hinc etiam deducitur qualiter sit intelligenda Glossa finalis. c. fin. de frigid. & malef. vbi cum dixisset non sufficere aspectum matronarum, nisi etiam concurrat iuramentum septima manus propinquo- rum, subdit valere sententiam altero horum omisso. Idem tenet Astenfis. 2. p. summa, lib. 8. tit. 37. artic. 1. q. 2. Si enim intelligant de matronarum aspectu, verum dicunt. Quippe eum non esse necessarium transacto triennio, & utroque fatente impedimentum, diximus. n. 6. At omisio iuramenti septima manus propinquo- rum sententiam redderet irritam. Quod eo. d. final. in fine, tradens Pontifex formam dissoluenti matrimonij ratione impotentiae, ponit tanquam praerequisitum hoc iuramentum. Et cum sit forma probationis iure praescripta, eius omisio vitia sententiam. Et ita docent Host. eo. c. fin. in fine: & ibi Ioan. Andr. sine, Anchar. n. 11. q. 2. Abb. n. 10. Cardin. n. 3. Prapof. n. 3. in glossa penultima, Alexander de Neuo. n. 15. & quamuis hi Doctores loquantur in maleficio impedimento, de quo agit ille textus: at necessarium idem dicere debent in frigiditate. Quia cap. laudabilem, de frigid. & malef. in fine, similiter

petit idem iuramentum agens de matrimonio ratione frigiditatis dissoluen- do, vt etiam nu. 7. probauit.

Quidam diuina temperant, vt non exigatur hoc iuramentum septima manus propinquo- rum, quoties fama assertionem coniugum adiuar. Sic Gloss. c. requisisti, verb. septima manu. 33. q. 1. & ibi Archid. nu. 6. Bellemera. nu. 3. Sed merito ab his esse recedendum. Quod fama in consanguinitatis impedimento, magni momenti sit: at quando petitur dissolutio ratione impotentiae, modici, aut nullius. Sic Innoc. c. 1. nu. 4. de frigid. & malef. & ibi Ioan. Andr. nu. 11. Host. n. 4. Prapof. n. 8. vers. sed quero quia sepe.

Iuramentum autem hoc septima manus propinquo- rum sic accipiendum est: vt si vterq; coniux fateatur impedimentum, cuiuslibet deficientis septem consanguinei iurent: vel eis coniugis septem vicini cuiuslibet: & ita debent esse quatuordecim. Et ita hoc intelligit Innoc. c. laudabilem, statim in principio, de frigid. & malef. & ibi Alex. de Neuo. nu. 6. Host. summa, eodem tit. 5. qualiter & quando. n. 10. vers. est autem verum iudicium: & c. 1. n. 1. vers. per verum iudicium, eodem tit. & ibi Ioan. Andr. nu. 5. Albericus in suo dictionario, litera D. vers. diuortium, paulo post principium. Astenfis. 2. p. summa, lib. 8. tit. 37. art. 1. paulo post principium. Ioannes de Friburgo in summa confessorum, lib. 4. tit. 16. q. 16. Rosella, verb. diuortium nu. 1. Supplementum Pisane ibi. n. 2. Syl. q. 18. n. 2. Lex regia. 5. fin. tit. 8. p. 4. Antonius Cueus lib. 5. institutio maiorum, tit. 12. no. 264. Quamuis idem Ioan. Andr. d. c. laudabilem. n. 4. verb. septima manu, dicat non requiri septem propinquo- rum quolibet coniuge. Quando vero alter fateatur, & alter negat, quot propinqui debeant iurare, dicemus disput. sequenti. n. 3. Eliguntur autem propinqui, & eis deficientibus vicini. Quod verisimile sit fore vt ipsi melius norint res coniugum. Periturum autem tot ob matrimonij fauorem, & ne facile in eius dissolutione erretur.

Quod si tot testes haberi nequeant, sufficient pauciores arbitrio iudicis, vt duo. Argumeto ex c. presbyter omnibus. 2. q. 5. ita Glossa. c. requisisti, verb. septima manu 33. q. 1. & ibi Archid. nu. 6. Bellemera. nu. 3. Turrec. citato Hugoneo. n. 8. Ioan. Andr. c. fin. nu. 12. de frigid. & malef. & ibi Anton. num. 8. fin. Abb. num. 11. Anchar. num. 11.

q. 4.

q. 2. Alex. de Neuo. n. 16. Brunellus de spó  
fal. cōcl. 2. n. 2. q. fine. Gregor. Lop. l. 5.  
verb. fiere. tit. 8. p. 4. Mascard. de probat.  
concluf. 816. nu. 12. & concluf. 889. nu. 7.  
Callerus additionibus ad Fululium Pacia-  
num; libr. 2. de probat. capite. 2. litera. H.  
At necessitate hac non cogente, nō est re-  
cedendum à numero iure petito. Cum  
non sit ius expressū, & res sit valde ardua.  
Sic Host. sum. tit. de frig. §. qualiter & quā  
do. n. 10. vers. vers. licet in acufatione,  
Ioan. Andr. Anton. Anchar. Præpof. pro-  
ximè allegati.

13. Et si defint cōsanguinei, & vicini, debēt  
affumi alij testes bonæ famæ, & omni ex-  
ceptione maiores. Quāvis enim textus. c.  
laudabile, de frig. & malef. solū dixerit, de  
fictibus cōsanguineis assumendos vicini-  
os, & his deficientibus nil statuerit; at ex  
mēte illius textus hoc colligitur: vult e-  
nim, in quātū fieri potest, testes alios præ-  
ter ipsos cōiuges adhiberi; & elegit potius  
cōsanguineos, vel vicinos; quod ipsi res  
sistorum melius norint. Mens ergo textus  
est, vt his deficientibus, alij adhibeantur,  
qui notitiam habere possint. Et ita docet  
Albertus Magnus. d. 4. ar. §. ad. 2.

14. Sed dubitabit, an sufficiat quacunque  
verborū forma iuramentū hoc præstari. Vi-  
detur enim necessariū præstandū esse, ta-  
ctis sacrosanctis Euangelij. Quia. c. lauda-  
bile, de frig. & malef. sic dicitur. *Si autē  
quod nunquā se cognouerint ambo fuerint se-  
psima in nu. propinquorum, vel vicinorū bonæ  
famæ, si propinqui defuerint, tactis sacrosan-  
ctis Euangelij vterque iureiurādo dicat, quod  
nunquā per carnis copulā vna caro effecti sint.*  
Quod. c. 2. 33. q. 1. appellatur tactis sacro-  
sanctis reliquis. At quando pro iuramenti  
forma requiritur Euangeliorū tactus, nec  
iuri fatish, nec valet actus quoad iuris ef-  
fectus, præstato iuramento absq; eo tactu,  
quāvis iurans suo astringatur iuramento.  
Vt docet Glof. c. vt. citra. verb. corporali,  
de ele. & in. 6. Et ibi Archid. n. 2. verb. cor-  
porali, Anchar. n. 7. vers. item nota quod di-  
cit textus. Dominic. ibi. §. ed. & o. n. 2. Fran-  
cus in principio. n. 9. Idem Glof. Clem. 1.  
de hereticis, §. porro, vers. tacta, & ibi Car-  
din. eod. em. §. n. 3. q. 1. Anchar. ibi. §. sanē,  
n. 7. Immo eadem Clement. n. 16. Bonifa-  
cius. q. 37. n. 111. Baldus auth. sacramenta  
puberum. n. 7. C. si aduersus vendit. Anto-  
nius. c. fraternitatis, ad finem, de testibus,  
& attestat. & ibi Abbas ad finem, Felinus  
n. vltimo, columnapenultima; idem Abb.

c. & si Christus. n. 10. de iureiur. & c. finali  
nu. 9. de iuramento calumnia. Alex. l. 3. §.  
iurari. n. 3. ff. de iureiur. Syluest. verb. iura-  
mentum. q. 1. fine, & alij, quos refert, &  
sequitur Couar. c. quantis pactū. §. 1. n. 2.  
Imò nec satis esset presentem esse textum  
Euangelij, nisi iurans tangat. Sic Glof. a  
auth. iururādum, quod præstatur, statim  
in principio, verb. quatuor, & d. c. vt. circa,  
verb. corporali. Archid. Dominic. Felinus,  
Cardin. q. 2. Bonifacius proximè allegati.  
Anchar. Clem. 1. §. sanē. nu. 7. de heretic.  
Præpofitus. c. laudabilem. n. 3. notabili. §.  
de frigid. & malef. Nec sufficeret tangere  
pede, vel cubito, si iurans manus habeat,  
sed manu tangere debet. Quod singula  
membra suis officijs delineata sūt. c. singu-  
la. d. 89. Sic Glof. d. c. vt. circa, verb. cor-  
porali. Archid. Dominicus, Anchar. Feli-  
nus, Bonifacius nunc allegati. Neque suffi-  
ceteret scripturam aliam sacram tangere.  
Quia specialiter petitur tactus libri Euan-  
geliorum, quod illis specialis honor exhibe-  
atur, ac magis formidetur peritium, il-  
lis tactis. Sic Glof. Clem. 1. de heretic. §.  
porro, verb. tacta, in fine. Et ibi Anchar. §.  
sanē. n. 7. Bonifacius ea Clem. q. 37. n. 114.  
Abb. c. & si Christus. n. 10. de iureiur. Idē  
Anchar. d. c. vt. circa. n. 7. & ibi Francus in  
in princip. n. 9. Felinus, Alexander, Couar-  
rub. proximè allegati. Quod intelligitur,  
nisi consuetudo oppositū præscripserit.  
Vt docent Ab. eo. c. & si Christus. n. 10. &  
& c. fraternitatis, ad finē, de test. & attest.  
Alex. proximè allegatus. Verū oporteret,  
vt consuetudo illa specialiter præscrip-  
set, sufficere tactū cuiuslibet sacri libri, pe-  
tito Euangeliorū tactu. Vt docet Glof. Cle-  
1. de heret. §. porro, verb. tacta, in fin. Imola  
ibi. n. 16. Bonif. n. 114. Anchar. d. c. vt. cir-  
ca. n. 7. Sylu. verb. iuramentū. n. 1. q. 1. fine. Be-  
nē tamē verū est, in dubio præsumi cum ta-  
ctum, vbi in notarij actis solius iuramenti  
mentio fit: ac proinde incumbere onus pro-  
bandi parti eū tactum neganti. Et hoc ita  
præsumitur ob autoritatē iudicis, & nota-  
rij, ac taciturnitatis partis nō opponentis.  
Sic Anto. c. fraternitatis, ad fin. de testi. &  
attest. & ibi Ab. sine. Felin. ad fin. vers. & si  
diceretur. Couar. c. quāvis pactū. l. p. §. 1.  
n. 2. vbi & alios refert. Et tandē in proprijs  
terminis desiderari in hoc casu iuramentū  
præstari, tactis Euangelij. nec aliās valere  
probationem sustinent Abbas. c. laudabi-  
lem. n. 3. de frigid. & malef. & ibi Alexand.  
de Neuo num. 4. Et tangenda esse Euan-

gella in hoc casu docet etiā Anton. ibi. n.  
7. quāvis subiceat an aliter facta proba-  
tio valeat. Cæterū dicendū est, id non esse  
necessarium. Quia quāvis hic dicta vera  
sint attentio iuris scripti rigores at consue-  
tudo præscriptū est id iuramentū super  
eruce præstari: quāvis Euangelij tactus  
iure petatur, vt docet Couar. c. quāvis pa-  
ctum. l. p. §. 1. n. 2. ad finem.

15. Diuersimodè verò præstari debet id iu-  
ramentū ab ipsis coniugibus, & à propin-  
quis. Nā coniuges iuramentū de certa sciē-  
tia emittere debent: ne mpe, vir iurare de-  
bet se bona fide, & absq; dolo studiosam  
operam copulā dedisse, nec potuisse con-  
summare: mulier autē per se non stetitisse,  
nec se fraude aliqua vsum esse. At consan-  
guinei de sola credulitate iurare debēt, ni-  
mirū, sibi esse verisimile coniuges verum  
dicere. Et ratio diuersitatis est, quia ipsis  
coniugibus constare valet se non potuis-  
se consummare, secus de consanguineis.  
Et ita docent vniuersi Theologi cum. 10.  
Thom. 4. d. 34. in fine, in expositione lit-  
teræ, & vniuersi iuris Pontificij professores  
cum Glof. c. laudabilem, verb. vterq;,  
de frigid. & malef.

16. Nec credo sufficere vt ratione impoten-  
tiæ dissoluatur matrimoniū, confessionē  
coniugū dicentū transacto triennio se nō  
potuisse consummare matrimoniū. Quā-  
vis enim. c. laudabile, de frigid. & malef.  
vers. si autē, & c. 2. 33. q. 1. videatur textus  
cōtētus esse ea impotentiæ probatione cog-  
noscentiæ vxoris lapsio experiētiæ trien-  
nio: tantū enim petit vt coniuges iurēt se  
nō effectos esse vnā carnem: at benē in spe-  
ctus vterq; textus est potius pro nobis. Nā  
in vtroq; textu statim subditur, viro aliam  
vxorē ducente vtrūq; coniugē reū periu-  
rij haberi, ac cogendū ad priora connubia  
redire. Ergo allegata est omnimoda impo-  
tētia, & iuxta hoc iuramentū nō debet esse  
solutus impotentiæ coeundi eū hac, sed eo eū  
di cum hac, & cū quacūq; alia. Aliās si vir  
solū prius iurasset, malè periurij argueret-  
tur in textu ex matrimonio cōtracto cum  
alio. Quia id matrimoniū non arguit eū po-  
tentiæ fuisse ad priorē vxorē. Deinde, quia  
id. c. laudabile loquitur expresse de frigiditate  
viri probanda: vt constat ex initio tex-  
tus. At frigiditatis nō probatur ex impotē-  
tiæ coeundi eū speciali persona, potest enim  
id ex maleficio provenire, vel ex impoten-  
tia respectiua. Quare existimo vt ratione  
impotentiæ dissoluatur omnino matrimo-

niū, denegata facultate impotenti alterius  
matrimonij in eūdi, debere virum iurare se  
non posse coire eū. c. femina; nec eū ali-  
qua alia, ac proinde esse simpliciter impo-  
tentē. Quod etiā constat ex. c. 1. de frigi. &  
malef. ibi. *Es nūc primū dixisti te esse frigiditate  
nature. ita vt nō potuisses coire eū illa, neque  
cū aliqua alia.* Sed dices id non posse constā-  
re viro: eo q; fortē cum nulla alia expertus s-  
sit. Respondeo quāvis vir nō id exprimat,  
satis esse ea allegare, ex quibus id apertē  
colligatur. Quod apertē docent Hostiensis  
eo. c. 1. nu. 1. verb. nō potuisses, & ibi Ioan.  
And. n. 3. eodē verb. o, nam explicantes ea  
verba textus, vbi vir fatetur se cum nulla  
coire posse, aiunt: *Quia nō materis ad coi-  
tū, nec stimulos carnis sentis, nec per medium  
iurari potes.* Et idēmet Host. eo. n. 1. verb.  
verū iudiciū, & ibi Ioan. And. n. 5. explicā-  
tes quod sit hoc verū iudiciū, dicunt. *Iura-  
būt cōiuges quod totis viribus, & ingenio ope-  
rā dederunt, carnali copulā, vir perficiendo, &  
mulier pariēdo, nec se subtrahēdo, sed amplexā-  
do, & modis omnibus alliciendo: & iurabit ma-  
ritus se naturaliter frigidū, nec motū carnalē  
sentire potuisse: & mulier idē sentiat. An-  
ton. c. fraternitatis. n. 5. de frigid. & malef.  
& ibi Præpof. n. 2. vbi hæc aiunt. Nota pra-  
cticā articulatā, & probandā inhabilitatem ad  
separationem matrimonij. Quia articulus de-  
bet cōcludere indefinitē inhabilitē cōiugū quoad  
omnes, & quoad omne tempus, ita quod nō pos-  
sit esse conuax omni tempore. Et idē Anton. c.  
fin. eod. em. tit. nu. 2. notabili. 1. & ibi Præ-  
pof. n. 1. vers. & nota q; in libello, sic dicitur.  
Nota practicā libelli in causa matrimonij, quā-  
do mulier petit diuortij propter impotentiam  
viri. Non enim sufficit cōcludere quod cognita  
non sit, nisi concludat quod non habet potentiam  
coeundi. Et Speculator tit. de frigidis & ma-  
lef. §. vnic. nu. 1. ponens formam libelli, in  
quo vxor debet petere matrimoniū dissolu-  
ti ob viri frigiditatem, sic ait. *Vir sic frigi-  
dus, & ligatus est, quod non habet potentiam  
coeundi, nec potest ea peragere, propter quā il-  
lū accipit licet per triennium coniunum operam  
fidelem dederimus operi coniugali.* Et statim  
n. 2. proponens formā libelli, in quo vir pe-  
tit dissolui coniugij ob arctitudinē abso-  
lutā, vel respectiua mulieris, sic ait. *Eam cog-  
noscere non potui. Cum non sit apta ad viriles  
complexus: vel quia ad ea arcta est, quod nulli  
potest carnaliter commisceri: vel quia cum sim  
homo maxima carnositatis, vel magnum habeo  
instrumentum, nunquam ad me potui cognosci.*  
Et tandem Albericus in suo dictionario,*

litera. D. verb. diuortium, paulò post principiu, & Asten. 2. p. summè, lib. 8. tit. 37. ar. 1. paulò post principiu, dicunt viru iuratu se non posse mulierem cognoscere: vxorem autem se nunquam percepisse potuissè virum ad coitum moueri. Et addit Asten. s. virum quoque iuraturum se non posse cognoscere aliquam mulierem, nec moueri ad voluntatem coeundi.

17 Ex dictis deducitur primò, si postea vir ille inueniatur non frigidus, cõsanguineos minimè censendos perijurios reos. Quòd non de certa scientia, sed de credulitate iurante: ac proinde licet postea constet falsitas frigiditatis, non inde conuincitur ipsos minimè credidisse coniugum iuramentum fatentium impotentiam verum esse. Quare & si textus in c. laudabilem, de frigid. & malef. & e. 2. in fine. 33. q. 1. indefinitè decidat eos, qui iurant reos perijurios esse: at intelligitur de ipsis solis coniugibus. Quippe ratio tradita cogit sic textus eos intelligere. Et ita docet Gloss. eo. c. 2. verb. hi qui, & d. c. laudabile, verb. hi qui, & ibi Inno. fin. Hosti. fin. Ioan. Andr. n. 10. Anton. fin. Alexander de Neuo. nu. 13. Præpos. n. 7. glossa penultima. Turrec. c. requisiti. n. 8. 33. q. 1.

18 Secundò deducitur, quo pacto verificetur ipsos coniuges perijurios reos esse, si reputatus frigidus aliud, in eam matrimoniu vt expressè deciditur. c. laudabile, de frigid. & malef. & c. 2. in fin. 33. q. 1. Videur enim eos perijurios argui non posse. Quòd in illis textibus solù peratur vt iurè se nõ potuissè cõsummare matrimoniu. At quãuis postea vir aliud cõsummet, nõ ideo sunt perijurii. Quia potuit esse impotentia respectiua, vt ex maleficio, & sic nõ erat impotens ad alia maritus ille. Secundò, quia coniuges non possunt affirmare ex certa scientia frigiditatem: ea enim etiã peritissimos medicos sæpe latet. Si ergo de credulitate sola iurant, excusabuntur à perijurio, inftar cõsanguineorum iurantium, quos hac sola ratione nu. precedenti excusauimus. Et confirmatur, quia esto vir perijurios reus argui possit: at non apparet qualiter vxor eius criminis rea sit. Cùm ipsa nec iurauit, nec iurare potuerit absolutam viri impotentiam, sed tantum non potuisse secum consummare. Aliqui hos textus ita intelligunt, vt coniuges illi perijurii habeantur, non quòd re vera rei perijurios arguantur: sed sensus est, eorum testimonium ita pro nihilo computetur, ac si verè perijurios

sent. Ita. D. Thom. 4. d. 34. in fine, in expõsitione literæ, verb. perijurios, & ibi. D. Bonau. in principio, in expõsitione literæ, numero. 6. Sed neuter explicat an hoc intelligendum sit de cõsanguineis, an de ipsis coniugibus. Et quidem Turrec. cap. requisiti, num. 8. 3. q. 1. intelligit eos loqui de cõsanguineis. Et tunc solutio est in se vera: sed non est ad rem. Nam textus illi decident eos, qui iurant, esse perijurios reos, non de cõsanguineis, sed de ipsis coniugibus loquuntur (vt nu. precedenti probauit.) Nec etiam exhaurit difficultatem. Quia adhuc de ipsis coniugibus vrgent argumenta propõsita. Si verò solutio intelligatur de ipsis cõiugibus, nescio qua liter stare possit. Nã vterq; textus decidit pœnitentiã iniungendã esse ijs, qui iurant, nõ pe, vtriq; coniugi. Ergo fuit verum in vera perijurios culpa. Quippe aliàs iniuste pœteretur, & ita gloss. eo. c. 2. verb. perijurios, 33. q. 1. & ibi Turrec. dicunt vtriq; verã culpã admisisse. Quare quãuis magni faciam authoritatem. D. Thomæ, solutio nem hanc non approbo. Alij intelligunt mulierem esse perijurios ream, & pœnitentiã illi iniungendã, quando contra conscientiam iurat, & hoc in confessione sacramentali fatetur. Ita Host. d. c. laudabilem, in fine, & ibi Ioan. Andr. in fine, Alexander de Neuo nu. 13. Præpos. n. 7. in glossa penultima. Sed minus placet hæc solutio. Quòd textus illi æquè vtrumq; coniugem perijurios decernant: & vtriq; pœnitentiã iniungendã: nec cum cõfessore loquatur, sed cum iudice. Præterea adhuc argumenta militant in viro. Solutio ergo legitima constat ex dictis, nu. 16. Quia (vt ibi probauit) coniuges non solùm iurant id matrimoniu se non potuisse consummare, sed virum non valere coire, eò quòd nullo modo ad coitum moueatur: quod certò nõ esse possunt: ac proinde de certa scientia iurant, & merito postea cognita potentia viri, rei perijurios arguuntur. Estq; hæc p̄sumptio iuris, & de iure, contra quam nulla admittitur probatio, vt censetur ex odio, ac mala fide negatã esse potentiam ad coitum, quòd coniux reputatus frigidus aliud iniur, vt bene docet Glossa eo. c. 2. verb. patet. Et constat ex vtroq; textu: nam huic p̄sumptioni innitens decernit vtriq; coniugi pœnitentiã imponendam tanquam perijurio.

Non tamen intelligas perijurios hoc cõ-

cludi

cludi ex solo frigidu reputati trãitu ad aliud matrimoniu: sed cõcluditur ex copula, siue coniugali, siue fornicaria. Quia ex solo matrimonio absq; copula nõ probari potest illius viri, ac instaurari prius matrimoniu ratione frigiditatis dissolutum, sed ex copula cõiugali, aut fornicaria, ostendimus disp. 99. n. 4. & 5. Et ita docent Anton. c. laudabilem, ad fin. de frigid. & malef. & ibi Præpos. nu. 2. notabili 3. Alexander de Neuo num. 4.

20 Tertiò deducitur, quo pacto intelligenda sit doctrina quædam communis, nõ pe, non teneri coniuges allegare impotentiam nec causam, sed sufficere generaliter allegare impotentiam. Quia ad matrimonij dissolutionem, quã petit, quodcũq; impotentia perpetuè genus sufficit. Sic docent Gloss. c. requisiti, verb. accepit, 33. q. 1. & ibi Archid. sine. Host. e. finali. n. verbo, potentiam, de frigid. & malef. & ibi Ioan. Andr. n. 2. Anton. n. 9. Abbas. n. 4. & 7. Anchar. n. notabili 3. Cardin. statim in princ. Alex. de Neuo. nu. 6. Præpos. n. 1. & 2. Idem Abb. c. 2. n. 3. & c. laudabilem. n. 4. eodem tit. Alex. de Neuo. eo. c. 2. n. 3. & eo. c. laudabilem. n. 5. Asten. 2. p. sum. lib. 8. tit. 37. ar. 1. q. 2. Brunel. de sponsal. cõcl. 28. n. 24. Lancelotus Instituta iuris canonici, lib. 2. tit. quæ matrimoniu impedire possunt. 5. item frigiditas, verb. impotentia. At hæc doctrina ita vniuersaliter intellecta nescio quo pacto vera esse possit. Nam iudex Ecclesiasticus ex sola generali allegatione nequit sufficenter nosse an vera, & perpetua sit illa impotentia, & an interdici debear coniugi illi impotentia trãitu ad alias nuptias, tanquam verè frigidior potius alias debeat permittere tanquam sola impotentia respectiua, aut maleficio laboratã: & an medicamine adhibito ea impotentia auferri valeat. Quare forte intelligunt hi Doctores, vt coniux potens audiatur, non oportere speciem impotentia, ac causam allegare. At dum iudex eam allegationem examinat, tenetur niti nõ esse speciem impotentia, ac causam ipsius: & ipsi tenentur iuxta interrogata declarare. Quod constat ex ijs, quæ dixi disp. 99. n. 29. Qualiter autem in genere allegatur, sit restitutum prius matrimoniu, si inueniatur postea coniux potens: diximus ea disp. 99. n. 27. Et an iudex teneatur explicare speciem impotentia, diximus ibi nu. 29. Et si succumbat coniux illa, an possit

postea allegare speciem impotentia, an potius sententia illa trãseat in rem iudicatã: diximus disp. 100. n. 15.

21 Tandem sententiã n. 3. relatum, vt nõ sit necessarium triennium experientiæ, sed sufficiat tempus arbitrio iudicis taxandũ, libet admittere in senib. Quòd id trienniu cõcedatur ad experiendũ, an discursu rãsonis, ac lãgo vsu natura vires assumat, vt possit fit vir mulierè cognoscere. At in senibus quotidie debilior natura redditur, ac vires deficiunt. Quare satis erit, iudicem tẽpus arbitrarium concedere, quo experiantur, an medicamine aliquo adhibito possint natura vires assumere ad copulam coniugalem.

22 Ad argumenta num. 1. propõsita respondetur. Ad primum constat ex dictis nu. 5. Verum enim illud iudicium est, quando triennium experientiæ transactum est: ac iurant coniuges cum septima propinquorũ manu, iuxta cap. laudabilem, de frigid. & malef. Ad secundum dic, culpa tribui mulieri fetotinum illam reclamationem, ne ante triennium transactum audiatur eius petitio. Si enim initio matrimonij proclamet, iuxta ea, quæ dicemus tota disputatione sequenti, possit statim audiri. Ad argumentũ primum ex propõsitis num. 3. constat ex solutione ad primũ proxime tradita, vbi id cap. 7. explicui. Ad secundum constat ex dictis numer. 5. vbi probauimus id triennium completi totã literam: nec diuisionem per paragraphos cadere supra illud, sed supra aliud probationis genus necessarium ultra trienniu. Ad tertium negandum est antecedens. Quia illa septima propinquorum manus iurans non potest triennij experientiam supplere, quãuis vterq; coniux fateatur impotentiam. Vt probauit numer. 5. Ad quartum dic, particulam aduerfatiam non cadere supra triennium, quod totam concernit literam: sed supra alios duos casus: & ita concernit diuersum factum, & diuersum ius. Nam quando fatetur vterque impotentiam, & transactum est triennium, satis est ad matrimoniu dissoluenandum, vt iurent coniuges cũ septima propinquorum manu, nec opus est aspectũ. Vt diximus num. 6. At quando alter negat, vltra triennium, & iuramentum dictũ, est necessarius aspectus. Vt dicemus disputatione sequenti, num. 6. & sequentibus. Et per hoc patet solutio ad quartum.

DIS.